Cracoviensis Studior. Univ. Jagell.
Promotiones Philos. Ordinis
1636 d. 19. Octob.

Poezya 2855.

Zajączowski Emerici: Prosunia Sarmatica in Nobiliss. Lycaei Jagell. Phrontisterio dum ingenui XIX Iuvenes prima in Art. et Phil. laurea adornarentur - exposita.

1787.

PROSVMIA SARMATICA

IN

NOBILISSIMO

LYCÆI IAGELLONIANI PHRONTISTERIO:

DVM

In Illustrissimorum Doctiss. & Clarissimorum Virorum CORONA ritu solenni ab Excellentissimo Dño GREGORIO MODLINSKI Collega Maiore, Regio Profess.

INGENVI

XIX. Iuuenes Primâ in Art. & Phil. LAVREA ADORNARENTVR.

A

Religioso Fre. EMERICO ZAIĄCZOWSKI, Sacri Ord. Cisterc. Monast. Andreouieñ Professo, eiusdem primæ Laureæ

CONCANDIDATO.

Anno restauratæ salutis 1636. *Mense Octob. Die* 19.

EXPOSITA.

AD STEMMA.



Crux vigil in pinnâ, procul hinc Rhadäathus & audax,
Aduersi Boreæ stridor abesto procul.
Pinniferi cedant, fallax Mirmillo quid hæres?
Hac cruce vos Pietas, Relligioq́ue domat.

Illustrißimo & Reuerendiß. Domino,

D. REMIGIO

à KONIECPOLE

KONIECPOLSKI,

Dei & Apostolicę Sedis Gratia

EPISCOPO CHELMENSI, ABBATIÆ ANDREOVIEN. PERPETVO ADMINISTRATORI.

Domino D. ac Mæcenati amplissimo.


NON mireris quæso Illustriss. Antistes, nouellos disciplinæ Academicæ flores, rudi penicillo adumbratos, sub amplissimi tui nominis splẽdore à me proferri, Quam plurimorum ingeniorum ad scientiæ palmam concursantium aspectu delectari, Familiæ tuæ, consiliis pacis, & bellorum victoriis celeberrimæ, esse perpetuum demonstrasti, ratione inita, vt alumni de Fratribus Andreouien. Conuentus (cui feliciter præsides) assumpti, liberali ingeniorum in Alma Academiæ Cracouiensis Palæstra vsq; ad honores Artium & Philosophiæ prensandos decertarent, quorum exẽplo, alii, non minus doctrina, quàm pietate, in Ecclesia lucere, & inclitum Religionis ordinem non desistant exornare, tecum sapientissimè reputando, in religiosis vigente spiritu doctrinæ cum arcta legum obseruatione, pietatis studium feruere, mentes facilius & sublimius contemplatione di-

uinorum euolare, fretas ſacræ ſcipturæ lectione, ad huius autem intelligentiam fidelibus non parum emolumenti conferre, teſte Origene, ſi in liberalibus diſciplinis, & Philoſophicis literis exerceantur. De Antiſtite beneuolentiſsimo, multùm ſibi gratulatur Fratrum cœtus, ſed in iſtius felicitatis ſortem ſingulariter venimus nos, qui eiuſmodi alumnis aſcripti, primis in artibus & Philoſophia exactis laboribus Authoritate Academica ad laureatos admittimur honores. Et cum tuæ circa noſtros in literis conatus ornandos prouidentiæ, id in acceptis ſit referendum; ad animi teſtificandam gratitudinem, cum noſtri laboris ſociis, quaſi manibus iuncti, amplitudinis tuæ ſolem veneramur; à cuiũs radiis, illi quidem ſe illuſtrari lætantur, nos autem etiam à tam liberali tua gratia ad S. Theologiæ adeunda ſacraria, erigimur. Proinde Illuſtriſs. Antiſtes pro paterna tua in nos voluntate, & in literarum incrementa propenſione, benignè accipies hoc noſtrum erga te deuotiouis ſymbolum, & placidè feres, nos in virentibus Almæ Acad: pratis à calenti ſtudio enatos floſculos, ſub tuæ Celſitudinis luce, Muſis concinentibus, & choros ducentibus, in hominum conſpectum venire, atq; pietatis, & ſcientiæ primordiorum odore fragrantes, ad fructum aliquando in Eccleſia Dei edendum, ſuccreſcere. Deus Opt: Max. qui te, & vetuſtiſſimæ gentis inſignibus, & peculiaris ſapientiæ decoribus conſpicuum ſponſum elegit, Conuentui noſtro Adminiſtratione Protectorem, Animo parentem dedit, tuum adeò generoſum atq; liberale pectus vberioribus gratiæ cæleſtis donis, ad glorioſa in Eccleſia & Repub. merita proſequenda compleat. Id quod nobiſcum vniuerſa Religioſorũ Andreouien. congregatio votis ſupplicibus comprecatur. Dat. è Contubernio Hieroſolymitano, VII. Non: Octobr. Anno 1636.

Illuſtriſs. ac Reuerend. C. V.

deditiſsimus & humillimus cliens
ac exorator.
Fr. Emericus Zaiączovvski S. Ord. Ciſter. Monaſt.
Andreouien. Profeſſ.

mAmlaPepicc AccipePalmAm
mlaPepiccAn AccipePalm
laPepiccAni nAccipePal
aPepiccAnir inAccipePa
PepiccAnirA rinAccipeP
epiccAnirA cAr inAccipe
piccAnirA CEcAr inAccip
iccAnirACEGRECArinAcci
ccAnirACEGR GECArinAcc
cAnirACEGRE RGECArinAc
AnirACEGREP ERGECArinA
cAnirACEGRERGEC ArinAc
ccAnirACEGRGECArinAcc
iccAnirACEGECArinAcci
piccAnirACECArinAccip
epiccAnirAcArinAccipe
PepiccAnirArinAccipeP
aPepiccAnirinAccipepa
laPepiccAninAccipePal
mlaPepiccAnAccipePalm
mAmlaPepiccAccipePalmAm



ALLICIT ET AFFICIT
PREMIT
NONOPRIMIT
FORTITER
TVETVR
MARIA
NACH. HELCINER
ALBERTVS IA ROSZOVVIC
IACO B9 KLESZKOVVIC
SIMON DOBRASZEVVSKI
IOANNES ZYZANSKI
FR. STAN. RACKI. FR. EME. ZAIACZOVVSKI
ADAMVS MLINKOVVIC
ANDRE SEBAS TIANO VVIC
FR. PAVLVS PACZOVVSKI
ALBERTVS LOVVICKI
MATTHIAS. STRASZEVVIC
IOAN. KANIEVVSKI
FLORIANVS LEPIECKI
BARTHOLOMEVS VVITOVVSKI
STANISLAVS PRZITVLAVVIC
STA: ZAIACZ KOVVSKI
MATTHIAS. BIELECKI
FRANCISCVS ZOLECKI

COncutit en risu splenē Heraclytus, at vnde
Tam subito lætus pectore fiat? Hiat.
Deuiat, vt, florens Iagelonis in orbe Canopum
Gaudia perpetuò dum renouat? modo Ouat.
Quis nouus hic sermo, geminatā quis dare vocē,
Audet, & alternus quis rogo clamor? Amor.
Ecquis amor repetit, plenus, mea verba liquore
Hyblæo, Nympha est fors Palatina? Tina.
Nil tina cum Musis, procul hinc Bassarius Euan
Cedat, quis loquitur Virgo Budæa? DEA.
Inter tot lauro cinctas Heliconis Alumnas
Quam teneam dubito Florula te ne? Tene.
Ast Erato in sua vota vocat, sic nuncia rerum
Allicit & Clio, tumq́; Thalia? Lia.
Sint o Liæ nautis, Lia plorans Esto Iacobo
Sermo tuus Iuno Philomedea? DEA.
Seu Dea sis, seu vox, edissere nomen & omen
Ambrosium cupio, tun' vaga Nais? Ais.
Paucula dum præsto es non te rogitare scientem
Rebus in ambiguis displiceat? Liceat.

 Lechia-

Lechiades placidâ peragunt dulcedine plausus
Sarmatico in Circo nescio quos; scio quos.
Scin, quos, eia refer, forsan quia Gorgonis vnda
Hinc fluat, & viget hic Romula Suada? Vada.
Peruasere Sacas, gelidosq́; domâre Triones
Fracta per has manus est Turcica Sica? ζυγα.
Ludis an illudis, ioca sint sine felle Meandro
Aut fare, aut retice, nam mage lædis? Edis
Edis at incassum folijs leuiora caducis
Dicta, sonos reddas præcipio? Incipio (audat,
Incipe, quid causę est, Cracida hæc cur Phæcile pl-
Exuuiæ hostiles; cassida? κῶνος? Honos. (dus
At Chaldæus, Arabs, Car, Cres, Phryx, Armenus, In
Gallus, Iber, Scytha, Thrax, nū sit honos? sit on9.
Nū Dryades, Ligyæ, vel mali inuētor & author.
Dædalus, an Typhis, vel Paralus? παραλος.
Hanc tantùm rapidi spumosa per æquora ponti
Faustè duxerunt AEacides? Cracides.
Cymbula nō poterit dici, neq; nomine Lembus
Edic quid tandem forte PROSVMIA? ita
Nobilis hæc Nauis laceratur fluctibus vnquam
Nec Scyllas metuit, fors Maleas? nec eas.
Candida

Candida quo ducit ventis sua vela secundis
Vandalidum ad circos, & Prytanea? ad ea.
Ecquid propositũ est, propter quod in ardua ten-
Nonne ad virtutũ culmina vadit? Adit. (dit
REMIGIVS PRÆSVL CHELMENSIS KONIECPOLSKI,
Androuiæ fulgor dux aderit? præerit
Hoc duce felici superatis mille Caphareis
Iam tuto curret remige Nauita? ita
Alite tum dextro tentà tellure carina
Præmia virtutum, num rapiet? capiet.
Laomedontis opes habeat, Midæq; talenta
Migdonij subito faustus erit? nec erit
At modo si obtineat virtutis, honoris, amoris
Præmia Myrthea haud prosper erit? bene erit.
Perpetuò fortasse corolla tenebit oualis,
Et LAVRVS præsens num satis est? Satis est.
Felix ergo ratis, Nauarchus faustior ipse
Tuq; vale summum Nympha habeas. Abeas.

CEVLEVSMA.

IO io sodales,
Nubem supercilio iam

Demite, io sodales
Ventus satis secundus
Nobis adest; secate
Sublime dorsum ponti.
Io io sodales
Velum notis vesanis
Iam sponte date ferendum,
Iam se truci credatis
Nereo; timor recedat
Lucet dies serena.
Io io clamate
Musæ lyras mouete
Nymphæ melos sonate
Sacræ canite Camænæ
Io, suauis cytharæ
Diem beatiorem.
Io io Pieridum
Ligate serta turbæ
Io io Aonidum
Nouate Myrthum gentes
Diem decentiorem
Choreæ, tum & æquiorem.

Io io

Io io ſodales,
Adeſt, adeſt Nauarchus
Doctus, pius, peritus,
Io ſalum ſulcate.

PVPPIS.

ANDREAS SEBASTIANOWICZ.

AMphytrioniadis celebrant monumenta triumphos.
Orco quod Stygium traxerit vſq; canẽ.
Docta propago virûm, Fabios, Decioſq́; feroces
Tollit in immenſum, Cæſareamq́, domum.
Cunctorum verſatur in ore Laertius Heros
Hic quod Syrenum luſerit arte dolos.
Corpore Porphyrion valeat, vel robur Oreſtem
Commendet, Pietas te ſuper aſtra feret.
Myſta, Pater, Puppis, ſacra fac, redama, cape cymbã
Et placidis cautè lintea pande notis.
Ne quaſſata ratis iactetur per maris vndas
Inſidias Siren quas ſtruat illa, vide.
Cum pietate animum iugas, dat Pallas honores,
Remigio hoc pergens, victor eris. duplici.

PRO RA Rell. Fr. Paulus Paczoski.

PROGRAMMA.

Reuerendus Frater PAVLVS PACZOSKI.

ANAGRAMMA.

Zeusi lucra ferenda pro se capturus

PIctorum toto celeberrimus extitit orbe
ZEVXIS, cuius opus cuncta Theatra canunt.
Excellens mirâ Botros quod pinxerat arte,
Vt veros volucrum crederet omne genus.
Nulla adeo antiquis superest modo gloria rebus,
Egregios iactet prisca propago viros.
Facta labore viris cedant antiqua modernis
His verè laudum munera ferre placet.
Dignus laude vir est, qui ZEVSI LVCRA FERENDA
PRO SE CAPTVRVS, certat honore pari.
Relligio alma pareñs sacro redimita nitore,
Atq; tibi LAVROS, Pallas amica ferunt.
Hæc non te immerito PVPPIM vult esse Sophorũ
Hæc Cynosuram, vult, Sydus & esse suum.
ZEVSIS PRÆ RELIQVIS meruisti dicier alter
Qui certas REMO hoc ferre BOTROS duplici.

PTERNA

PTERNA Rellig. Fr. Stanislaus Racki.

PROGRAMMA.

REVERENDVS Frater STANISLAVS RACKI.

ANAGRAMMA.

En ardes, cantus lucri ferret Ars auis.

MIrando struxisse ferunt Amphiona Thebis
 Magnificæ septem mænia magna lyrâ.
Orpheus in syluis ter trino pollice chordas
 Pulsans attraxit, quicquid in orbe fuit.
Ad cytharæ pulsum saliêre cacumina montis,
 Lanigeriq; greges, tardipedesq́; boues.
Laude nihil dignum, cedant fatalia veris,
 Tu blandum dulci murmure pangis epos.
Crux testudo tibi est, tota hàc circumsonat aula
 Hâc resonante lyra, Naides alta petunt.
Hærent attonitæ Furiæ, Stygijq́; Molossi,
 Hoc cum dulcisonum sollicitatur ebur.
I cruce munitus, Crux formidabilis Orco est,
 Non Notus aduersa prælia fronte geret.
EN ARDES, CANTVS, quid ni? dum Barbyton audis
 Hęc de te LVCRI, prouida FERRET AVIS.

ANTENNA

ANTENNA Simon Dobraße-wski.

FAma canit. Veteres quondam coluiſſe laborem,
Quem comitaretur fortis honoris amor.
Ecquis te dubitat Sophiæ toleraſſe labores
Qui grauius Calais robore, robur habent?
Nobilis hoc perhibet per malũ Antenna repanſũ,
Quâ tentas famæ munera ferre tuæ.
Non hòc naturæ pignus debetur; at arti.
Virtuti fructus, ſæpè dat ipſa ſilex.
Stringere dum flagras veterum veſtigia, perge,
Æternum nomen te manet, atq; decus.

CHARCHESIUM. Albertus Iaroſo-wicz.

NEptuni nouus imperium deluſit Achilles
Fallere quem ſuperûm non potuêre doli.
Sulcat aquas felix ſemper te nauis onuſta,
Nec timet exitium, te metiente ſalum.
Candidus es ſpecie, ſi pandes candida vela
Virtutum, totus corpore candor eris.

DOLO. Zacharias Helciner.

LAxata diſcordes Phaſellus Africi
Incidat in ſcopulos
Eous Auſtros fulminet.

Insultet aduersus, minaxq́; Circius
Nec metuit rabiem
Dolus, dolo stat firmius.
Non horret insultus maris, Notiq́; nam
Præualet ingenio,
Ad instar Hirtæ Cassidis.
Spe stans boná ductus, modestus, ac pius,
Officiosa dedit
Cui quies solertiam.
Insanientem Bosphorum domat, grauis
Victor, vt Aesonidum,
Ferosq́; vincat Concanos.
Qui ergo Sabinos tolleris per arduos
Et stimulis patiens
Doli vetantis rector es.
Iactatus vndis firma magnitudinis
Lintea pande, potis
Es, alta paruus perpeti.
Stirpis paternæ qui salus futura, nec
Non Melleagros Aui
Futurus es durabilis.

TROCHLEA. *Iacobus Kleßkowicz.*

THyrinthiæ miracula gloriæ,
Nec non arenam Bellerophonticæ
Virtutis, æqua præconcinit
Laude. Palæstra vetus virorum.
Miratur hæc vires, veterem indolem
Venisse, qui antiquos iuuet aggredi
Felix, honores, tum gloriæ
Seposuisse dies fauentes.
Tu sic seni vires, iuuenis senem
Vitam ministrans, Porphyriontheo
Postquam Periclûm Parnasseum
Ludis, ouansq; statu Typheo.

Cygnea morum in te Thessaliûm nitet
Prudens senectus, Verna Sophia habet
In Vere Brumam primæuam.
Iudicium sapiens refert frons.
Surgens in altum quo Trochleas vagas
Inter procellas temperat, inter hæc
Sed gesta, quæ tot sectatur hæc
Nauplia facta Ducum Creontûm

Aures

Aures quidem multum profitentur
Plus multo ocelli se tibi ephebe amans
Debere (quod spectent gloriæ
Emeritam Trochleam) fatentur.

CALON. *Adamus Młynkowicz.*

NAuita fluctiuagum secturus classibus æquor
Ventorum vt melius flamina grata sciat.
Prospera velifero suspendit Aplustria malo
Aeolicasq; domus colligit inde sibi.
Et licèt expulerit Boream celer Africus orbe
Naufragium Calon ne patiâre vide.
Ocyus ascendas, vt nutrit Græcia Phœbum,
Sic fauet & patrium nunc tibi pingue solum.

RVDENS. *Ioannes Zyzanski.*

NOn tot millenis prælustria templa Dianæ
Vixissent sêclis, Dædaleusq; labor.
Et Mausolei non infima fama sepulchri,
Per terræ ignotos tot volitasset agros.
Quam quoq; condiderat pharetrata Semiramis vr- (bem,
Lustrorũ haud posset tot numerare dies.

Iam pridem Rhodij moles celebrata Colossi
Marmore confracto procubuisset humi.
Si non Auxilium, flagrans & cura fuisset
Et studium, dextrâ non remorante manu.
Diceris & merito mali firmissima RVDENS,
Ne ratis in medijs dissoluatur aquis.
Ergo etiam nullas sortis vereâre procellas,
Gaudeat in donis mens generosa suis.

OCVLVS. Stanislaus Zaiączkowski.

PEruigil in sceptro quondam recubabat ocellus
Ad instar, æternos ferens, vt nitida ipsa dies.
Armatus scopulis quo te concredis adesis,
Et eius instinctu carinæ ocia ludis amans.
Vix prono Phaetonte procax sudauerat Aethon
Ocellus incepit tuus prouidus esse boni.
Egerat excubias oculum cum nomine laudis.
Agit modo quo prouidẽs prodit honoris honos.
Prodidit hic quoties oculus virtutis honestum
Perenne consueuit labor, namq; adamare decus.

TRANSTRA. Matthias Bielecki.

VIx nautas Helice tam dubios æquore sic regit
Errantes, melius sustinet errans Cynosura, vix

Tutas credo rates, qualiter & tu ancipiti via
Contemnens Ariadnæ, Theſeus ſtamina, nauigas:
Illud tam meritum nollet Apollo genitor pati
Lethæoùe, ſinet Muſa lacu labier anxius
Nec mirum, ambiguũ cur Mare fert te incolumẽ.
Hinc, ac inde vagari ſinat ambage per herbidos
Colles, Palladij tutus es intra æquora Peplij
Heroum cui concredidit ambeſa natantium
Nympharum Dea, cepit quoq; molimina Muſicæ
Poſſis inſidiãtes quibus vt vincere vocibus
Sirenes, viridi fronde caput cingere, id Atropos
Pridem vaticinatur Dea de te, es quod Apollinis
Sectator Chelys, applaude, nequit nam Dea decipi.
Felix eſt cui campus ſimili munere conditur.

SCALMVS. Matthias Straſſewicz.

Si conferre poteſt tibi hoc honoris
Quod paſſim retulit ſui triumphi
A claro Aegide Pallas, Argonautæ
Si ſcalmo cohibere carbaſa, hoc rus
Præſtat, Thurriteo leone nuſquam
Horrendũ, hinc vbi campus alget arui, &

Sedes ſemper amica flat Notorum
Pelorum, iuga ſacra Phocidarum
Muſarumq́; vigent, togæ, triumphi,
Et mercantur vbi aureæ corollæ.
Cuius lætitiæ viam Bootes
Cum ſcalmo tibi contulit tuendam,
In te conſtituit ſedile Pallas
Meſſes vt probus exigas, quibus te
Scalmus ſortibus aſtra dans (beabit.)

EPODIDES. *Staniſlaus Lowicki.*

FErunt Tythonio duci
(Qui miſcet vario ſingula turbine
Mundanis ſimul omnibus
Bellum præbet atrox, numine ſub ſuo)
Eſſe hic præcipites equos
Binos; TERROR hebes; & PAVOR anxius
Quêis orbem Deus impius
Diuexat; lacerat; deſtruit; obruit.
Aſt te non ſonipes, neq;
Quirini potuit vincere ſanguinis
Auctor, nam duplici ſago
Præmunitus eras, & σοφία & μελετ.

CATASTROMA. *Florianus Lepiecki.*

SIt ſua laus Marti, par laus debetur & Arti
Imo magis præſtantior.
Ars iucunda nimis; Mars verò & acerbus, & idem
Abſynthio eſt amarior.
Colligit Ars homines, ſed Mars diſpergit eoſdem
Imo necat & opprimit.
Mars ſitit, Ars ſaturat, Mars pauperat; Ars bona præ-
Et animo, & agili corpori. (ſtat,
Mars onus eſt; at honos comitatur Phocidos Artē,
Beatioremq́ue facit.
Qui fundamentum non Martis, at Arti haberis
Cura κάταςρῶμα tuum.
Fauſtus es ingenio, ſis Artis, non quoque Martis
Patronus, olim Apollo eris.

FORI. *Ioannes Kaniewſki.*

PAx grata eſt Iano, ſemper Mars ſanguine gaudet,
Et Flora ſatiari nequit
Gramine florido.
Quercus grata Ioui; Charitum fons ipſe Mineruæ
Placet; Diana quoque feras
Attonitas petit.

Mercurio eloquium gratum est; Lucusq; Pomonæ
Arridet, ast his gratius
Est studium tuum,
Gramine, & eloquio, luco, tum sanguine, pace,
Ergo memor sis, & refer
Pectore gratias.

COMBA. Bartholomæus Witowski.


AStra beent semper cælesti munere terram;
Alcinous syluas exornet; & augeat hortos;
Musica grata choris hodie sua festa celebret,
Saxa, feras, Sirena trahant modulamine cantus.
Leucothoe faueat vento, & freta classe pererret
Purpureæ niueæq; rosæ sua folia pingant.
Et Nani, & iuuenes caput vsq; in nubila tollant
Sic vos non vobis Astra amicitis humum.
Sic vos non vobis Condecoratis agros.
Sic vos non vobis Psallitis arte chori.
Sic vos non vobis Dulce mouetis epos.
Sic vos non vobis Nauicæ aratis aquas.
Sic vos non vobis Pingitis ora Rosæ.
Sic vos non vobis crescitis ô IVVENES.
Tu TIBI, tu NOBIS cresce simul PATRIÆ.

CARINA. Stanislaus Przytułowicz.

VEla licèt sæuis lacerentur lintea ventis
Et licèt in scopulis naufraga cymba gemat.
Commotum Nautæ metiantur classibus æquor,
Non tamen exhorret firma Carina Noto.
Fluctibus Euboicis occurras ritè necessum est,
Et sale, da vacuæ vela secunda Rati.

ANCHORA. Franciscus Zołedzki.

VLtimus in cursu labor est, stagnântibus vndis
Postremumq; secat Nauita lintre Thetyn.
Hanc tibi non liceat turbare potentibus Euris
Aeole, quam perdas Dardana linter erit,
Est pluuijs inimica, furentibus inuidet Austris
Conscia stat genio fortiter ipsa suo.
Non metuitq; tuas cuius fortuna querellas
Gaudet at in fido Carbasus ipsa sinu.
Vltimus es numero modo primo insiste labori
Vltimus, hinc primum munus, onusq; feres.



CRACOVIÆ,

In Officina Typogr. Matthiæ Andreouień. Anno Dñi 1636.